



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Calix

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

2 Pecunia inter mobilia reputatur.

\* *Panor. in c. nulli de reb. eccl. non alieu. Fu. l. c. n.*

4. *Syl. eod. ver. nu. 7.*

3 Mobilia pretiosa, quæ seruari possunt interdum æquiparantur immobilibus.

\* *Syl. l. c. 9. Fum. l. c. 3.*

4 In bonis mobilibus, vel immobilibus iura etiam & actiones comprehenduntur, ex consuetudine potius, quàm ex iure.

\* *Vide Syl. l. c. nu. 8. Mol. d. 202. Couar. c. relatum de test. nu. 1. Oldrad. consi. 219. l. nam quid §. vlt. & l. si legatus. ff. ad Treb.*

## B O N V S V I R.

1 **B**onus vir in Foro quidem exteriori intelligitur iudex; in interiori autem, vir prudens & timoratus.

## C A L I X.

1 **C**alix tornatilis, in quo scilicet pes à cyatho separari potest, per eam separationem non perdit consecrationem.

\* *Fu. Calix. 2. Sua. t. 3. d. 81. sect. 7. col. 4. ex viuētium Doct. sententia, & ex vsu contra Syl. Calix. 2.*

2 Calici non perit consecratio, si deauratio per vsu decidat, si tamen de nouo deauratur, solet iterum consecrari.

\* *Syl. Sua. l. c.*

3 Calicem solus Episcopus solet consecrare.

\* *Chriſt.*

\* Chrismate consecratur: Hoc consecrandi munere funguntur etiam quidam Abbates, Episcopalibus vtentes insignibus. *Fu.l.c. & n. 4.* & Sacerdotes Soc. Iesu pro Indis, ex priuilegio Pauli III. *Sua.l.c.*

Addit. } Consideret Sacerdos aurea verba Bonifac. Episc. & mart. *ex c. vasa de consec. d. 1.* (Quondam Sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur; nunc lignei Sacerdotes aureis vtuntur calicibus) & studeat esse, qualem esse decet Dei ministrum.

Zephirinus 16. vitreas concessit patenas. In Conc. Triburic. sublata sunt lignea vasa: in Rhemensi statutum est, vt æs, auricalchum, lignum, vitrum ad calices conficiendos nō adhibeatur, sed aurum, vel omnino argentū, aut, si paupertas sit ingens, stannum, vide *c. vasa. & c. Vt. Calix de consec. d. 1.*

Calicis cuppam ex materia à iure præscripta confici satis est: de patena nihil statutum; sed de ea intellige id, quod de calice quoad materiam. *Sua.l.c.*

Calicem adhibitum à Christo Domino sacrum sui corporis mysterium instituente, ex nobilissimo lapide Agatha fuisse, & adhuc Valentiaë haberi, Hispani quidam tradidere: Beda vero *c. 2. de locis sanctis*, quem Baronius sequitur *t. 1. vbi de sacra cœna*, argenteum fuisse scribit duabus ansulis insignem sextarij gallici mensuram capientem.

*Can-*